

*bella*; pag. 27. *Per dolor me 'n bagno el viso*; p. 35. *Crudel fuggi se sai*; e finisce alla pag. 39 col breve seguente. (a)

---

(a) Dilecto filio Andreae Antiquo de Montona clerico Parentinae diocesis.

Leo Papa X.

Dilecte fili salutem, et Apostolicam benedict. Industria tua et honestus labor, quem ad imprimendos libros musicae jampridem confers nos movent, ut te aliqua speciali gratia, et favore nostro complectamur: ut cum intellexeris probari a nobis ejusmodi artem, in qua die noctuque laboras, non solum in ea studium tuum, et cura non refrigescat, sed in dies magis atque magis accendatur. Cum itaque tu primus formis tuis excusas propediem editurus sis organi intabulaturas opus tum utile et necessarium omnibus, qui eo artis genere delectantur; tum etiam novum, et numquam antea nostra tempestate impressum, accidat autem, ut suam quisque artem, et professionem magnificat. Nos paterne providere volentes, ne ex diligentia, et laboribus tuis utilitas ad alios cum jactura tua deferatur; quod facile fieret, si hae ipsae organorum *intabulaturae*, quarum imprimendarum primus author fuisti, ab aliis item imprimerentur. Volumus et mandamus ne quis eas ipsas aliasve cujuscumque generis *intabula-*